

ea, quae habuit ex merito suae Passionis ac ea quae nobis promeruit per mortem suam; non verò decantant ea quae habuit ex natura divina, quod sit unigenitus Dei Patris et coaeternus ac consubstantialis, sed quod morte sua nos redemerit, ac si insigniter ac peculiariter glorietur de his, quae habet ex meritis, & haec maxime velit publicari ac manifestari. Rupertus. Idem est ait, ac si dicant dignus ac pius est, sensum legendus aperire, & intelligentiam Scripturarum dare; unde haec tibi Domine dignitas? Quoniam occisus es, inquit, & redemisti nos Deo in sanguine tuo; nisi occisus fuisses, nequaquam liberum aperire potuisses, quoniam ergo occisus es in eo ipso aperuisti liberum, & implesti veritatem Scripturarum.

Maxime Christus vult cognosci per ea, quae habet ex meritis. Rupertus.

229.

Optimi Regis nota, profusus vitam dare. D. Chrys.

Deinde non naturam Divinam, sed mortem eius celebrant; quoniam occisus es, & redemisti nos in sanguine tuo. Quia signum ac nota optimi Regis est non maiestatem ostentare, sed pro suorum salute vitam ac sanguinem dare, his enim maxime probatur ac declaratur amor. D. Chyostom. serm. 6. de Passione Domini. Adversus probatur amor, affectio pensatur periculis, poenis examinatatur dilectio, morte perfecta charitas innuitur.

Redemisti nos.

430. Christus ab innumeris miseris nos liberavit. Psalm. 129.

Atabic.

Quinta difficultas, à quibus nos Christus redemit. Valde ineffabile est dicere à quot ac quantis miseris, & calamitatibus nos Christus redemerit ac liberaverit. Unde Regius Vates Psalm 129. num. 7. exprimit non valens, à quot nos Christus redemerit, solum ait, & copiosa apud eum redemptio. Arabicus: Ab eo liberationes multae, id est innumerae; quae aperiiri ac dici non possunt, nec numerari valent.

Deo.

231. Per Christum facti sumus filii Dei.

Richard.

Sexta difficultas: Non solum dixit, quod nos redemit, sed addidit Deo, ut ita innuat quanta obligatione sumus affecti, quod cum filii Diaboli essemus per peccatum, facti sumus per Christi passionem, & redemptionem filii Dei, Richard. de S. Victore: Dignus, ait, quia solus à peccato alienus occisus es, & redemisti nos, non te, quia sine peccato exististi; Deo ut sumus Dei, qui prius eramus Diaboli.

Ex omni tribu, & lingua, & populo & natione.

232.

Per Christum liberati sumus ab omni miseria. D. Bern.

Septima difficultas, cur haec quatuor enumerat, ut omnes nempe comprehenderet; qui per quatuor mundi partes erant dispersi: Mystice rem explicat D. Bernard. tom. 1. serm. 6. post Dominic. Olivarum. Similiter, ait, intellige iuxta mysticum intellectum in his quatuor vocabulis quadruplicem corruptionem, à qua Christus humanum genus charitate sua redemit; prima est natura; secunda est sermonis, tertia est operis, quarta est originis. Prima enim corruptio est natura, quam operatur peccatum, & culpa: natura nempe rationalis in tribus consistit scilicet in ratione, voluntate, & facultate. Ideo

igitur Christus ex omni tribu redemit qui ex hac in ipsis corruptione natura scilicet, rationis, voluntatis, & facultatis, suos misericorditer liberavit. Secunda est corruptio sermonis, quae per linguam significatur. Tertia est corruptio operis; quae per populum denotatur: Populus enim ante me eius opera sunt. Quarta est corruptio originis, quae intelligitur per nationem. Christus ergo ex omni tribu, lingua, populo, & natione, redemit, qui ex omni corruptione natura, verbi, operum, & originis suos per sanctissimam Passionem, & mortem liberare dignatus est.

Secundo. Non dicitur; Redemisti omnem tribum, linguam, populum, &c. sed redemisti nos ex omni tribu, & lingua, &c. ut insigne beneficium erga eos denotaretur, quod ipsi pauci essent electi, ex omnibus gentibus ac mundi nationibus; & beneficium quanto magis est peculiare ac singulare, tanto magis altimandum, gratificandum ac summa veneratione recolendum ut dixi tom. 4. cap. 8. quaest. 2. num. 11. in Evang.

Tertio. Rupertus lib. 3. in Apocalypsim sic ait. Ex hoc homines, multum à semetipsis dissentiant, quod multarum tribuum dissonantium linguarum, dissimilium populorum, & diversarum sunt nationum, porro ex hoc adeo dissentium, quod à Diabolo capti, diversorum tenentur irretiti laqueis errorum: sed tu redemisti nos Deo ut faceres Dei filios, ut filios Dei, qui erant dispersi, congregares in unum. Referunt gratias quod eos Christus redemerit ac unierit Deo ex omni tribu, lingua, populo, &c. sola enim virtus Jesu potuit efficere, ut tot ac tam diversis morem generet, ut tot ac tam distinctis populis ac nationibus esset gratus, ut sic omnes in unum congregaret, ac traheret, ut fieret unus populus, una gens, unusque animus in omnibus, unumque Dei regnum ex universis constans.

Quarto. Rupertus lib. 3. in Apocalypsim sic ait. Ex hoc homines, multum à semetipsis dissentiant, quod multarum tribuum dissonantium linguarum, dissimilium populorum, & diversarum sunt nationum, porro ex hoc adeo dissentium, quod à Diabolo capti, diversorum tenentur irretiti laqueis errorum: sed tu redemisti nos Deo ut faceres Dei filios, ut filios Dei, qui erant dispersi, congregares in unum. Referunt gratias quod eos Christus redemerit ac unierit Deo ex omni tribu, lingua, populo, &c. sola enim virtus Jesu potuit efficere, ut tot ac tam diversis morem generet, ut tot ac tam distinctis populis ac nationibus esset gratus, ut sic omnes in unum congregaret, ac traheret, ut fieret unus populus, una gens, unusque animus in omnibus, unumque Dei regnum ex universis constans.

Ait Isaias cap 53. num. 11. iuxta Septuaginta It. 133. Iectionem. Vult Dominus auferre laborem anima eius, ostendere ei lumen, & formare intelligentia, justificare iustum bene servientem multum. Quis est iste iustus sic iustificatus, & sapiens qui bene serviat multis? Non alius nisi Dominus Jesus Christus, de cuius solo spiritu venire potest, quod gratum servitium multis exhibeatur, & quod bene complaceat multis, ut diversitas nationum trahatur, & in unum conveniant. Noter D. Cyrillus Alexandrin. tom. 1. lib. 5. in Isaiam cap 53. ait: Iustus autem bene serviens multis, non alius quisquam intelligi potest prater Dominum nostrum Jesum Christum.

Ait Regius Vates Psalm. 44. n. 6. Sagitta tua acuta; seu ut alii ex Graeco legunt, potentissima Et exinde infert: Populi sub te cadent. Quenam sagittae sunt istae tam acutae ac potentissimae, sunt ne instrumenta mortis, quae interimunt, & vitam auferunt? Minime, sunt amoris monumenta mei Jesu erga nos, de quo Isaias 49. num. 3. Posuit me sicut sagittam electam. Et unde fieri potuit, quod amoris affectus sic sauciaret multos, & diversos populos inter se moribus, & vitæ contrarios, ut in unum convenirent? unus Jesus est in hac re, de cuius spiritu afflatur, quod diversorum & multiplicium hominum animis se valeat insinuare, ita ut multis placeat, & grata obsequia eis præbeat, eosque amore sauciatos in unum trahat, & congreget

231. Beneficium quod magis singulare, eo magis gratum.

234. Rupertus.

De Iesu spiritu venit quod multis placeat.

235. Septuag.

235. O sequimur à Jesu omnibus gratum.

236.

Isai. 49.

Orig.

Orig.

Origenes tom. in Ioan. Qui aspiciet tam multos, qui divino amore vulnerati sunt: sagittam, quae vulneravit animos tam multorum in Dei amore, non aliquid aliud esse inveniet, nisi eum, qui dixit. posuit me sicut sagittam electam.

QUESTIO XXVI.

Quare cum se redemptos profiteantur, etiam se reges dicunt, & appellant.

237.

Offensio etiam in verbis fugienda.

Rupertus.

238. D. Anselm.

Qui idem voluerit ac Deus rex consuebitur.

239. ad.

Ille vero regnas, qui quicquid

IN limine quaestionis notandum quod multa Graeca, & Syriaca exemplaria, & Latina habent: Regnabunt super terram; non autem regnabimus, & cur de prima persona regnabimus ad tertiam transeunt, & dicunt, regnabunt: Beati illi spiritus sic vanitatem, ac iactantiam fugiunt, ut non sibi, sed aliis regnum, ac dominatum tribuant; ut subtiliter ponderavit Rupertus. Notandum, ait, quod de prima persona transeunt ad tertiam. Religiosa valde transitio est haec; declinans etiam in sono vocis vanæ gloriantium similitudinem. Et enim cum veraciter dicere possent, & regnabimus super terram, magis humiliter dicere placuit, & regnabunt super terram.

Ad quaestionem. Respondet primò D. Anselm. Epistol. 2. ad Hugonem. Tanta erit ait, dilectio inter Deum, & eos qui ibi erunt, & inter se ipsos, ut omnes invicem diligant sicut se ipsos, & propter hoc, nullus ibi volet nisi quod Deus, & quod volet unus, vel omnes hoc ipsum quod volet Deus. Quapropter quicquid unusquisque volet, hoc erit, & de ipso, & de omnibus aliis, & de tota creatura, & de ipso Deo: & sic singuli erunt perfecti reges, quia quod singuli volunt hoc erit, & omnes simul cum Deo unus Rex, & quasi unus homo, quia omnes unum volunt, & quod volunt, erit. Quid est quod sancti, qui de se ipsis valde humillimè sentiunt, se reges esse dicunt. Fecisti nos Deo nostro regnum. Syriacus Fecisti nos Deo reges. Sic beati sunt unius voluntate inter se, & simul cum Deo, ut uniusquique nihil aliud velit, nisi quod omnes volunt, & quod deus vult, & Deus id vult, quod ipsi volunt, & inde & omnes simul cum Deo unus Rex, & quasi unus homo, quia omnes unum volunt.

Secundò. Richardus de Sanct. Victore. Fecisti nos Deo nostro regnum ut Deus regnet super nos per gratiam, super quos Diabolus regnabat per culpam: sacerdos, ut qui nosmetipsos prius obtulimus diabolo, deinceps offeramus Deo, & regnabimus super terram, id est quicquid terrenum & malum in nobis est, subiciemus. Nonne satis erat dicere: Fecisti nos Deo regnum: vel ut alii habent reges: ad quid additur super terram. Nam talis particula minere videtur eorum auctoritatem, & dominium, tamen alio consilio additum est super terram, quia ille vero regnat, qui quicquid terrenum est sibi subicit, eique dominatur. Ad quod etiam respicit Rikertus hic: Super terram; quia sancti, in terra sunt, sed vita, & conver-

satione super terram, & super terrena membra tenent principatum.

Tertio. Valde mirum est, quod antea dixerunt. Redemisti nos: ergo cum essent redempti potius se servos nominare debebant, quam reges, & non quomodocumque, sed super terram? Dicunt enim regnabimus super terram. Cur ergo deposito hoc titulo regio non se prædicant Dei servos? Cum dicunt se reges; servorum Dei nomen non fugiunt, imò de eo gloriantur, qui enim Deo servit, ille verè liber, & Rex, ac in terrestria habet dominatum, Eleganter Philo Hebr. lib. de Cherub. Servire Deo, ait, maxima est gloriatio, non modo libertate maior, sed & divitiis, & principatu, & omnibus rebus, quas mortales admiramur, pretiosas. Cum Philo cohaeret D. Ambros. lib. 8. in Lucam ad illa verba Christi Domini. Regnum Dei intra vos est. Luc. 17. num. 21. rectè monet ut quicumque regnum aspirat, sit servus. Servus, inquit, in Domino, ea enim parte, quam participamus servitute participamus, & regno. Et quàm liber sit servus Dei, & quantum principatum habeat, explicat ipse Philo lib. quod omnis probus liber est. Revera solus liber est, qui solum Deum sequitur, imò ut equidem sentio, imperium habet in terrestria, tanquam immortalis, summi quoque Regis mortalis vicarius.

Quarto. Sese manifestat Regalissimus thronus, in quo Princeps caeli, & terræ sedebat, quem circumstant viginti quatuor seniores, aureis coronis ornati, & hi projiciant coronas ante thronum, & dicebant. Dignus es Domine Deus noster accipere gloriam, & honorem, & virtutem, quia tu creasti omnia. Apocal. 4. num. 11. At verò nunc presentem, cum Agnus appareret iuxta thronum tanquam occisus. Viginti quatuor seniores occiderunt coram Agno, &c. Et cantabant Canticum novum dicentes: Dignus es Domine accipere librum, &c. Et addunt; & fecisti nos Deo nostro regnum; seu ut alii habent reges; & Sacerdotes, & regnabimus super terram. Agno referunt, quod facti sint reges; sedenti autem in throno solum decantant: Quia creasti omnia. Et cur creationem tribuant sedenti in throno, regalem vero dignitatem Agno. Nonne sedens in throno, & Agnus idem erat? Erat quidem, sed per sessionem in throno ostendebatur id quod ex Patre Filius Dei habebat; per Agni autem speciem & figuram, sola manifestabantur quae ex utero matris veniebant. Inde meritò coronas, & regnum Agno referunt, quas sine gratia, & matris Mariae sollicitudine minime habere poterant, ex merito Mariae provenit quod regali dignitate præfulgeamus. Ad quod respicit divus Basilius Seleucus orat. de Verb. Incarn. Quia lingua, ait, adeo est disertæ, & sonora, quae Virginem illam pro dignitate decantare queat. Per eam enim illustribus bonis ditatus sumus. Ex ipsa namque spes se exortus est genisque nostrum gloria, & honore coronatum est.

Quinto. Primalius de Christo loquens ait; Ipse verò in ea (scilicet Ecclesia) accipit, quod dedit; ipse coronatur in ea, quam coronat. Valde mirum, quod coronam, quam Christus dat, accipit, & corona qua coronat, coronatur ipse, nam dum dat coronam benemeritis, coronatur ipsa, nulla illustrior corona principum regi.

240.

Qui Deserta vit. liber, & rex est?

Philo.

D. Ambros.

Luc. 17.

Philo.

241.

Apoc. 4.

Alia lectio.

Corona Iuliorum ac regia dignitas Mariae adscribenda.

D. Basil. Sle.

242.

Primalius. Deus dicitur regnare regnantibus bonis.

regi, quam meritis conspicue condecorare, ac nobilitate, & extollere.

243. 1. Par. 29.

Abulen. Carthuf. Electio boni Regis dicitur in honorem & utilitatem Dei.

244. Cant. 4.

Gregor. Beda. Cassiod.

245.

Isai. 6.

Regnante pio Rege Dei solium manifestatur.

D. Hieron.

Apoc. 5. n. 11. Et vidi, & audivi vocem Angelorum multorum in circuitu throni, & animalium, & seniorum, & erat numerus eorum millia millium.

Num. 12. Dicentium voce magna, Dignus est Agnus, qui occisus est, accipere virtutem, & Divinitatem, & sapientiam, & fortitudinem, & ho-

norem, & gloriam, & benedictionem.

VERSIONES.

Syrus n. 11. Vidi tanquam vocem circum thronum, & numerus eorum myrias myriadum, & chilias chiliadum.

Arabicus. Tunc aspexi, & audivi voces Angelorum, &c. erat autem numerus summa eorum myriades myriadum, millia millium.

Aliqui Codi. Decem millia, decem millium, & millia millium.

Syrus n. 12. Dignus est ille mactatus accipere robur, & divitias.

D. August. Accipere potestatem, & divitias.

Pagninus. Potentiam, & divitias, & sapientiam.

EXPOSITIO X.

IDI, & audivi vocem Angelorum multorum. Ac si dicat, Vidi Angelos innumerabiles, & audivi eorum voces, una consona voce. Vocem Angelorum multorum. Non dixit voces, sed vocem; sic beati sunt concordantes ore, & animo ut non multae voces, sed una videatur in eis inesse vox. In circuitu throni scilicet Dei, ut promptissimi ad divina mandata exequenda, & animalium, & seniorum, ut eos nempe honorarent, & magnitudinem gloriae eorum declararent, ostendentes se custodes Ecclesiae, qui Praetorum, ac subditorum curam haberent. Et erat numerus eorum millia millium. Ac si dicat, multi, & innumerabiles. Alludit ad illud. Job. 25. n. 3. Nunquid est numerus militum eius. Et ad illud Daniel. 7. n. 10. Millia millium ministrabant ei, &c.

Dicentium voce magna: quia indicatur ingens animi affectus. Dignus est Agnus, qui occisus est: scilicet pro salute mundi. Accipere virtutem, & divinitatem. Ab omni nempe creatura accipere laudem, gloriam, & honorem, suae virtutis, divinitatis, &c. Ac proinde ut omnium ore sua virtus, Divinitas, ac sapientia publicetur, ac manifestetur, in omniumque ore habeatur.

Multi codices habent pro Deitate divitias, nam Deitas valde dives, & affluens est omni sapientia, bonitate, iustitia, omnibusque gratiis, attributis, perfectionibus omnique bono; sic ait Paul. Rom. 10. num. 12. Dives in omnibus, qui invocant illum. Ad Eph. 2. n. 4. Dicitur autem Dives est in misericordia. Rom. 1. n. 33.

Altitudo divitiarum sapientia, & scientia Dei.

QUESTIO XXVII.

Quare tanta voce Angelorum multorum, acclamatur Agnus dignus ad accipiendam virtutem, Divinitatem, &c.

In limine quaestiones notandum est cum D. Thoma 3. p. q. 19. art. 3. Lyrano, Saario, Pereira, hac Agno dari septem elogia. Primum, virtutem. Secundum, divinitatem. Tertium, sapientiam. Quartum, fortitudinem. Quintum, honorem. Sextum, gloriam; & Septimum benedictionem pro numero septem sigillorum, quae continent septem illustiores Divinae Providentiae effectus. Sicut, & infra similibus septemplex doxologia, eidem offertur pro septem plagis, a quibus suos Agnus liberavit.

250. Multa millia Angelorum una voce clamant, quod dignus sit Agnus accipere virtutem, & divinitatem, & sapientiam, &c. sed ad quid attribuitur Dei filio virtutem, divinitatem, sapientiam; &c. cum haec omnia ex se habeat & si haec omnia ex se habeat; tamen multa millia Angelorum clamant, quod dignus sit inter omnes haec habere? Summa laus est sic hereditariam dignitatem possidere, ut ad illam meriti omnium obineat suffragia, & quod omnium calculo eligatur, & omnium iudicio id possideat, quamvis naturaliter ei debeatur. Hinc de nostro supremo Principe canit sponsa. Cantic. 5. n. 10. Dilectus meus candidus, & rubicundus, electus ex millibus cur non dicitur haeres inter millia, ut rebelles Agricola dixerunt. Matth. 21. n. 38. Hic est haeres. Hoc ei est summum decus, quo & si haeres, tamen omnium calculo, omnium acclamatione electus videatur.

251. Secundum, Cum dicunt, Agnus, qui occisus est. illud, dignus, meritum tanquam causam denotat, ut bene probat Vasquez. tom. 1. in 3. part. disp. 79. cap. 1. Nam quamvis ratione solius unisonis recte diceretur Christus, hac nominis claritate dignus, ut verum cum notanter subjicitur, qui occisus est, aperitissimè significatur, huius dignitatis causam mortem fuisse, proinde enim fuit, ac si diceretur, ideo dignus est tanta dignitatis, ac principatus, quoniam occisus est. Sic ait Isaias 8. n. 6. Factus est principatus eius super humerum eius. Ex quibus verbis Christi meritum sic eruit Glossa Ordinaria. Nam diceretur ad patibulum, ait, portavit crucem in qua meruit principatum.

252. Tercio, Supra in hoc capite num. 9. quatuor animalia, & viginti quatuor seniores decantabant Agno, quoniam occisus es, & redemisti nos Deo in sanguine tuo. At verò modo Angeli cum Agno deferunt laudes, non addunt, Redemisti nos? Quia ab eo nequaquam redempti, sed ut gratissimi; propter alia ab eo accepta beneficia cum innumeris laudibus efferunt. Rupertus. Ad eorum, ait, multitudinem pertinet huius Agno perhibere testimonium; quia videlicet & si non per ipsum redempti sunt, quia non perierunt. Attamen per divinitatem eius conditi sunt, & per sanguinem eius nobis conciliati sunt; iuxta illud ad Col. 1. n. 16. Quoniam in ipso condita sunt universa in caelis, & in terra, visibilia, & invisibilia.

253. Selveira in Apocalypsum. Tom. 1.

249. D. Thom. Lyran. Saarius, Pereira.

250.

Summa laus omnium habere suffragia ad dignitatem.

Cant. 5.

Matth. 21.

251.

Vasquez.

Christus per mortem meruit principatum. Isai. 9.

Glossa Ord.

252.

Angeli licet à Christo, non sunt redempti, multi beneficiis ab eo sunt glorificati. Rupert.

Rom. 10. Ephel. 1. Rom. 1.

bilis, sive throni, sive dominationes, sive principatus, sive potestates, &c.

Quarto, Dignus est Agnus accipere virtutem, & divinitatem, & sapientiam, &c. Ubi Joachimus Abbas sic ait: Aperto libro multitudinis Christianorum innumera ad Christi laudem conversa est, ut plene ab electis accipiat, quod apud perfidos Judaeos amississe videbatur. Gloriam, quam Judaei Christo denegarunt, multitudo gentium ei defert, ac decantat.

Quinto, Decantant. Dignus est Agnus accipere virtutem, Divinitatem, &c. Non intrinsecè, sed extrinsecè in manifestatione ac publicatione universa, ut ita glorificetur ab omnibus & dicunt. Accipere virtutem, hoc est ut explicat Cardinalis Hugo, Contra nostrum vitium, & de silitatem. Ut nos ab omni peccato redimeret, ac mundaret, ex quo grande dubium insurgit. Quomodo Sancti Angeli ac seniores decantant, ac laudibus extollunt in Christo Domino prius virtutem, contra nostrum peccatum, quam Divinitatem illius, nam in illa sanctissima humanitate, prius unio hypostatica consideranda est à qua omnis ejus excellentia resultavit; Divinitas, est quid valde gloriosum, ac magnificentissimum Christo Domino, id est ejus humanitati; virtus verò ad destruendum peccatum, valde salutaris toti humano generi, ideo haec primò celebratur tanquam quid valde gratum, ac jucundum Christo Domino; ex quo eleganter Imperfectus homil. 53. in Matth. Vis scire, ait, quantum diligat Jesus fideles suos; considera quid passus est pro eis; si enim magis quam gloriam suam illos amavit, quasi homo moriens propter nos; quid mirum, si majore dilectione tenebatur sanctorum, quos relinquebat in terra, quam dilectione gloria, quam habebat in caelis.

Sexto, Merito dubitant Auctores quomodo dicitur quod Agnus dignus sit accipere virtutem, Divinitatem, sapientiam, &c. Cum haec omnia ille habeat à primò instanti suae conceptionis, in quo divinitas naturae humanae hypostaticè est unita, difficultatem rectè solvit Ansbertus lib. 3. in Apocal. quod sermo sit hic de Christo Domino prout est una persona mystica cum sua Ecclesia, ac proinde dona suae virtutis, divinitatis, ac sapientiae quae ipse sua morte, Ecclesiae, ac fidelibus dedit & communicavit, sua alta sapientia disponit, ut publica, & alta voce cives ecclesiae clamant, & decantent, quod ipse accipiat, & habeat, quae non bis largiri, ac concedere dignatus est. Ansbert. loco cit. Quia verò, ait, Christus, & Ecclesia una sunt persona, possunt haec quadam ratione ad ipsam referri. Dicatur ergo. Dignus est Agnus, qui occisus est, recipere virtutem, & divinitatem, &c. ac si diceretur in membris suis. Cum enim ipse sit Dei virtus ac Dei sapientia, in corpore suo (quod nos sumus) accipit, quod in se ipso possidet, de illo scriptum legimus.

Septimò, Decantant seniores. Accipere virtutem, divinitatem, & sapientiam, &c. Et cur inter tot praecleara Agni attributa, ejus charitatem non celebrant, decantant ejus Divinitatem, quae tanta excellentia pro nobis humilis factus est; decantant ejus virtutem, subintelligentes iustitiam, quae satisfecit, sapientiam, quae omnia miro modo ordinavit; fortitudinem, quae innumera tormenta sustinuit; gloriam

153. Joachim. Dicit gentes gloriam Christisquam judaei denegarunt.

254.

Hugo.

Nostra salus super omnia gratissima Christo Domino.

Imperf. &c.

155.

Ansbert.

Illud quod Christus dicit suis, dicitur quod ipse habeat.

Affectus diligendi in Christo videtur excedere ipsam amorem.